



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ascensus Moysis in montem Seu De Oratione Tractatus Tribus Stationibus ac vijs Purgatiua Illuminatiua Vnitiua distinctus**

**Crombecius, Johannes**

**Avdomari, 1618**

1. Quæ & quales hæ tabulæ fuerint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38133**

loquitur, incredibilem animo capit voluptatem; non hauriet, qui cum Deo, Sapientiâ eternâ fermocinatur, psallit, & laudes divinas personat? Qui muscum tractat, odorem induit: qui Deum complectitur, atque intima conversatione ei coniungitur: nō induet eundem odorem, & voluptatem, qua beatos summa delectatione perfundit? Deniq; qui à rege libelli subscriptionem, quam optabat accepit, nonne magnam gaudij ansâ nactus est? In oratione subscribit Dominus petitioni nostrâ, & liberalius semper aliquid concedit, quàm aut petere aut desiderare possumus. Quare peripicuum est veram illâ esse promissionem Moyfi factam. *Dabo tibi.* Videndum modò: quid Deus daturus sit.

## TEXTVS SEXTVS,

*Tabulas lapideas.*

*Quæ & quales hæ tabula fuerint.*

**P**romittit Dominus Moyfi, si ad montem 18  
ascendat, tabulas non chartaceas, aut  
libellum continentem præcepta, instructi-  
ones aut imagines aliquas: sed lapideas ta- *Tabula*  
bular; nec etiam tabulas ex lapidibus hu- *duplices*  
*Lej*  
mana arte, eodem in monte aut rupe quadâ  
desumptas

14

desumptas

desumptas. Sed vel Dei omnipotentia creatas, vel Angelorum ministerio excisas, easque affabre & eleganter, vt decet tantum artificem, perpolitas; vt in ijs sculpi possent ea, quæ populo proponi Dominus mandabat. Et re ipsa constat sculpta in eis esse digito Dei, id est operatione divina, legem & mandata; sed ne radi, delerique scriptum facile possent, lapideas esse voluit. Has post idololatriam populi, Moyses indignabundus abiecit, fregitque in partes: iussusque est novas e rupe excidere, in quibus rursus Dominus Deus insculpsit decem præcepta, quæ populo mandari voluit. hæc de sensu literali.

2.  
Exodi 32  
19,  
Exodi  
34.1.

### SECTIO SECVNDA.

19. Exponuntur alij fructus orationis, & quidem in  
fructus  
conscien-  
tia mū-  
dities. 1. *Exponuntur alij fructus orationis, & quidem in primis bona hominis conscientia, eiusque conditiones.*

Consci-  
entia ta-  
bula du-  
plici rati-  
one con-  
sideranda  
1. **I**nter alios & quidem præcipuos orationis fructus, hic postremus minimè numerandus est, nempe conscientia eaque sana, constans, & egregijs lucis divinæ radijs scientiaque cælitus missa illustris. At de hac figillatim dicendum.

Tabule itaque istæ conscientia est, quæ duplici ratione considerari potest; vel vt solis nature limitibus circumscribitur; vel vt ornamentis